

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Geo-hydrographia s. orbis terrarum descriptio - Cod. Ettenheim-Münster 111-116

Hispania - Ettenheim-Münster 111

Cartier, Gallus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput X.

[urn:nbn:de:bsz:31-111138](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111138)

arte munitissima tueretur. Anno 1704. Carolus III. Austriacus
eam obtinuit, primaque in Regno Valentia ei obedivit.
Anno 1707. à Gallo-Hispanis Lusitania fuit obrepta; at anno
sequenti 12. Novembris ab ipsis per apulum capta fuit, om-
niaque ferro et igne delata; ejusdem mensis septimo die
aux se dedit, presidiumque captivum abductum est.

5.º Gandia urbs angusta quidem. sed loco amoenò sita,
que propterea Gardens nuncupatur, prope fluvium, qui Alcor
Hispanis dicitur, inter Sueronem | Xucar | fluvium, Dianium,
et Bativam versus occidentem. Habet Universitatem,
se Ducatus titulo gloriatur, nempe Borgiana familia
part, et vel ex eo celebris, quod Franciscus Borgias quartus
illius Dux, mortuà Eleonora de Castro conjugis suà, Socie-
tatem sem tunc primum enatam ingressus sit, cujus etiam ter-
tius Propositus, ut ajunt, Generalis fuit. Obiit ipse an. 1572.
atque Sauro præterito Sanctorum Catalogo abscriptus fuit.

110.

§. III.

De Territorio Midarensi.

Territorium istud jacet in parte Septentrionali Regni
Valentia, nomenque sortitur ab Urbe Millari, que ipsius
est Metropolis. Igitur

1.º Millaris | Midares | exigua quidem urbs est, sed tamen
celebris, prope Sueronem | Xucar | fluvium, et ad confinia
Castella Nova sita. In ea ulterius nihil, quod Sianus, me-
morandum venit.

2.º Penisola seu Penosola, urbs ad maris litus versus Septen-
trionem sita, et ad stuporem munita, ut cujus tria latera Ma-
re ipsum stipat, quo nulla naves attingere valent; terra vero
angustissima et arenosa ad eam patet via, sique inexugnabilis
aspe videtur; unde etiam, quamvis in Successionis Hispanice bello
Procederati seu Austriaci toto Valentia Regno potiti sint, urbem
tamen hanc hanc obtinere potuerunt. Nomen ipsius Hispanicum est,
quod Latine redditum Peninsula dicitur. Olim Equitibus S. Joannis
Hierosolymitani parabat, at an. 1479. Regum Antagonia facta est.

Hic etiam Anti-Papa Petrus de Luna, qui Benedictus XIII. dicitur
est, ejusque Pseudo-Suepor Agidius Munio a tribus Dumtanat Car-
dinalium lavis Pontifex dicitur resederunt.

Caput Sectio X.

De Regno Galacia.

Galacia | Gabricia | Regnum. Rigida et montosa
est Hispania provincia in illius extremis terminis posita. Limites
habet versus Orientem Asturiam, à qua per Aviam flumen separa-
tur, et Legionis Regnum; versus Septentrionem Oceanum Can-
tabrium; versus Occidentem Oceanum Atlanticum; et
versus Meridiem Portugalliam, à qua Minis | Minho | amne
distinguitur. Illius longitudo est 50. circiter miliarium,
latitudo autem 40.

Nomen illius quidam derivant à voce Græcâ γαλα Latine
Lac, quod illius insule facietibus lactis colorem referre videantur,
ut qui eam magis albicantem, quam ceteri Hispani, qui plerumque
subnigri coloris sunt, habent. Alii autem verisimilius illud

111.

à Callaëis seu Calliaëis antiquis illius populis ei obvenisse autu-
mant.

Antiquitus Regnum istud extrema erat Cantabria et Celtica
provincia. Romanorum aetate una cum Batiçâ et Lusitania
erat Provincia Consularis, cui scilicet Romanorum Con-
sulum alter supremâ potestate præerat; fines ejus tunc
quoque longius protendebantur, quam nunc.

Anno Chr. 408. Sueri sub suo Rege hinc speciale Regnum con-
stituerunt, quod an. 585. sub Andeciâ eorum Rege finem
accepit, ubi nempe à Leovigildô Gothorum Rege devictus
fuit. Andeciâ ista ditionem suam longius propagârat,
sedemque Hispali habebat.

Cum in extremitate Hispania sita sit, necnon duo ejus
latera stipet Oceanus, hinc inter omnes Hispania provin-
cias ea est, quæ pluribus littoribus et maris portibus instruc-
ta sit. Eius littora ad 100. miliaria porriguntur, et
quadraginta portus tam majores quam minores nume-
rat, inter quos eminent Gerrolium seu Forneli: Ferrol:
et Caronium: Cornuna: Fontibus et fluviiis pluri-
mis irrigatur, inter quos præcipui sunt Minus: Minho:
Ulla, Tambre, et Major fluvius: Rio Mayor: p.

Versis littora aërem habet temperatum, at in reliquis
ejus tractibus frigida satis spirat aura, solimque humi-
dum est propter quantitatem cum pluviarum, quæ affa-
tim descendunt, tum fontium et fluviorum: profert
tamen Speltam, vinum, limum, citromala, p. pasua
etiam habet optima, quibus multi pecorum greges alim-
tur; mare quoque eximios reddit pisces. Ibi etiam
sunt fodina auræ, aris, et plumbi; item multa nemo-
ra, ex quorum arboribus naves conficiuntur.

Incola nec artibus nec mercatura dant operam, parè-
que vivunt, et frequenter se aliorum famulatu man-
cipant; hinc ceteris Hispanis despectui sunt ita, ut, ubi
quemquam contumeliâ officere volent, cum Gallacium
voitent; et ubi quis ab aliquo injuria affectum se que-
ritatur, dicat: He sido tratado como si fuera un
Gallego. id est: Ita meum agitur, ac si essem galla-
cius. Nihilominus Gallaciâ sunt egregii milites,
jurisque laboribus semper assueti.

Gallacia à Ferdinando I. Castellæ et Legionis Rege
proximum Regni titulo donata fuit. Non legimus
eam à Mauris omninò occupatam fuisse; id Innotescat
memoriâ proditum est, quòd scilicet Paulo X. Al-
manzor Mauritani seu Arabicus Princeps inruptio-
ne factâ eam devastâvit.*

Dividitur hæc provincia in quinque Dioceses. Sunt
que Compostellana, Mindoniensis, Tuldensis, Auriana,

* Jam initio Saeculi VIII. ali-
quot illius civitates Mau-
rorum furorẽ experta
fuerunt.

et Lucensis.

112.

§ I.

De Diocesi Compostellana.

Hæc Diocesis sinistram Galæcia occupat, et in eâ præcipuè numerantur

1^o Compostella | Compostella, seu San Jaco de Compostella: | aliis sanum S. Jacobi, totius Regni seu provincie Caput. Sita est in mediâ peninsula, quam Tambræ et Ulla fluvii efformant, et in amoenâ planitie mediocriter editis collibus circumdatâ, quibus à ventis horridis protagitur. Ampla est et munitissima, necnon Castadò seu palatiò magnificò, aliisque perpulchris ædificiis, necnon pluribus utriusque Sexus Monasteriis ornatur.

Nomen ejus derivant aliqui à vocibus Campus et Stella, quòd in eo Campi, in quo nunc Urbs hæc extat, loco flammula quædam Stella figuram referens corpus S. Jacobi detexit. Sanctum hunc Apostolum ex Hispaniâ, in quâ Evangelium prædicaverat, Christianaque Religio- nis fundamenta jecerat, rediensem Herodes Agrippa Rex Judæorum an. Chr. 44. Claudii Imperatoris secundo, quò de Judæis bene mereretur, extremò supplicio affecit, prout Acta Apostolorum c. 12. memorant; cujus dein corpus Discipuli ejus in Hispaniam redeuntes secum tulerunt, atque eo loco sepelierunt, ubi nunc Compostella extat. In persecutione Arabica Hispanis ignotus fuit hic S. Jacobi sepultura locus, donec initio sæculi IX. flamma seu Stella à terrâ erumpens illum detexit, effusa- que humo corpus ipsum inventum est sub Alphonso II. Legionis Rege, qui an. 817. ibidem magnificentissimum Templum eidem Sancto Apostolo dedicatum excitavit. Celebrem porò hæc urbem efficiunt, quæ ex omnibus Christiani Orbis partibus | olim tamen, quàm nunc, frequentius | devotio hæc ad- ducit, quò hujus S. Apostoli reliquias venerentur, ejusque apud Deum intercessionem implorent, p.

Inter miracula, quæ hîc ab eo patrata dicuntur, illud præcipuis memorabile est, quòd cum anno 824. Saraceni centum Virginum tributum, de quo supra Cap. 3. §. 1. n. 89. 5^o mentionem fecimus, à Ramiro I. Legionis Rege demò exigere, eos ipse adortus devicerit, casum eorum 6000. atque in ipso prælii ardore S. Jacobus glauco insidens equo albique coloris venillum, cujus medium crux subca occupabat, manu gestans Christianorum agmen præire, hostesque in fugam agere visus sit: in cujus rei memoriam postmodum celeberris Ordo Equestris S. Jacobi institutus est.

Habet Compostella Sedem Archiepiscopalem, et Universi- tatem. Quidam arbitrantur eam esse Pompeii Mela- Janasum.

2^o Promontorium Astabrum | Cabo de finis terre: fides,

10
Promontorium finis terrae, quod nomen inde sortitum di-
citur, quia priusquam America notitia haberetur, hic finis
mundi esse credebatur. à Compostella decem miliaribus
dissitum est versus Occidentem. Propè illud solant naves,
quae dispersae fuerunt, demum convenire et conjungi. Haud
procul ab eo visitur Urbs exigua, quae ab ipsius nomine S.
Maria Promontorii finis terrae | S. Maria de Cabo finis terrae |
nuncupatur.

S. II.

De Dioecesi Mindoniensi.

113.

Dioecesis haec jacet in parte Septentrionali Gallaciae.
In eâ notantur

1^o Mindonia seu Glandomirum | Mondonnedo | Urbs,
à qua Dioecesis ipsa nomen habet, sub montanis in agro
fertilissimi extremitate posita. aëre salubri gaudet, quod
in Gallacia admodum rarum est. Ipsius Episcopus est Suf-
fraganeus Metropolis Compostellana, Dominaturque Urbi
tam in Ecclesiasticis quam Civilibus. Quidam Scriptores
eam Stolorum Oculum seu Ocellum esse ajunt.

2^o Corona, Corona, vel Coronium | Corona | anti-
quitas Asturiam, seu Brigantium Portus. Urbs sita
ad parvum Gallaciae litus inter Ortegatum | Ortegat |
et Finis terrae Promontoria in extremitate Sinus penin-
sulae et ad ingressum astuarii, cuius latitudo ad unum mil-
liare protenditur, et quod Oceanus, in ipsam penetrans con-
tinentem, efformat, sex miliaribus à Compostella.

In Superiorem et Inferiorem dividitur; illa montis de-
vergentiam occupat murisque cingitur, nemon Castellò mu-
nitur, ista vero ad montis pedem collocata est supra terrae
linguam, aique murorum loco Mares est, quod tria ejus
latera stipat. Portus ejus ob suum litum omnium
Hispaniae portuum optimus censetur, atque adeo spatio-
sus est, ut maxima et numerosissima quaeque Classis in eo
consistere seque dilatare valeat. Urbs ipsa rotun-
dam figuram exhibet; ac haud procul ab ipsa Jaspis fodi-
tur.

Annò 1598. 20. Aprilis Angli Duce Joanne Norris | John
Norris | hic appulerunt, alteroque die Inferiorem Urbem
aggressi brevi eam ceperunt, Superiorem tamen haud
obtinere valuerunt, proinde recedere nemon Inferiorem
ipsa deserere coacti sunt. Suppositò prius tamen in omnibus
ejus adibus igne ita, ut vix ulla permanserit illata.

Annò item 1661. America thesauri, seu, ut vocant, Cas-
tis Argentea Hispanica, triginta novem millionum sum-
mam seuum ferens feliciter hic appulit, sicque Anglo-
rum spem delusit, qui non procul à Portu Gaditano
eam captabant.

Antiquo duntaxat more, prius munitam Philippus V. variis propugnaculis ad novissimam artem comparatis atque an. 1718. ad perfectionem deductis cinxit.

Hibem visitur antiqua et praesalta turris à Romanis ad detegenda navigia mare exuviantia edificata. Tradunt incola eam ab Hercule excitatam fuisse necnon urbi nomen dedisse; cum enim, ajunt, Indigena eam non turrim duntaxat sed Unam Columnam vocarent, postmodum ex horum duorum vocabulorum mutilatione vox Corunna nata est, quae Hispanicum Urbis nomen est. Urbem antiquam esse nemo dubitat; quidam putant eam esse Otolomaei Caronium, quò nomine à Latinis etiamnum modò nuncupatur; alii vero dicunt esse Flavium Brigantium.

114.

§. III.

De Diocesi Tudaensi.

Hae Diocesis sita est ad confinia Portugalliae, sicque meridionalem Galliciae Tractum efficit. In ea praecipue notantur 1^o Tuda | Tui; | quae Diocesi ipsi nomen impertitur. Urbs est munitissima omnisque generis rei seu suppellectilis bellicae apparatus instructa, in edito loco sita, necnon Portugalliae contermina Valentis quoque hujus Regni urbi adeò vicina, ut solo Minio | Minho; | flumine separari videantur, unaque alteram tormentis belicis attingere valeat.

Solum ejus amoenum et fertile admodum est, omniaque ad vitam commodum comparata profert, inter quae eminet vinum, quod est exquisitissimum; aër quoque huius est temperatissimus.

Habet Tuda Episcopum Metropolitanum Compostellani Suffraganeum, cui tota Diocesis in temporalibus aequè ac spiritualibus obedit. Hic B. Petrus Gonzalez ordinis Praedicatorum an. 1240. vitam posuit, ac sepultus jacet.

2^o Bajona Urbs finitima Portugalliae et Emporium cum portu admodum commodò ad angustum quemdam Maris Sinum. Sita est sub 9. gr. longit. et 41. gr. 54. min. latitudinis, quinque miliaribus à Tuda, et tribus à Vigo. In ipsius littore egregii capiuntur pisces, agerque ejus magna copia optimos profert fructus, pluribusque fontibus irrigatur. Anno 1702. mense Decembri Foederati eam totumque ejus Sinum pro Carolo III. occupaverunt; at tandem Philippo V. demò cessit.

Quidam Scriptores ajunt eam esse Otolomaei Aguas Calinas; at alii volunt Otolomaeum hoc nomine Fluriam intellexisse.

3^o Vigum | Vigos, Vigo; | exigua civitas bonum tamen habens portum Maris, sita quatuor miliaribus germanicis

versus Septentrionem à Bajonâ Tudam |: Tury:| inter et Pontem veterem |: Ponte Vebra:| muris, vallô, et fossâ munita una cum Are veteri in edito loco collocatâ propugnaculisque instructâ.

Anno 1598. Eques Joannes Norris |: John Norris:| cum classe Anglicâ huc appulsus nullo obviente eam occupavit, ac postmodum incendit. Iterum an. 1702. mense octobri in

hoc Portu Godevati Classem Hispanicam, quæ Americæ thesauros eâ adduxerat, vulgò Classem Argentariam, adorti eam magnâ ex parte perfunderunt ita, ut ex quadraginta octo navibus non nisi quindecim salva remanserint, quæ et Godevatis cesserunt, reliquis per ipsos Hispanos ad Scopulos allisis. Frater dictos quindecim naves et quingentos circiter milites gregarios, qui captivi fuerunt abducti, nullam ferè prædam fecerunt Godevati; enimvero thesauros seu argentum jam prius Hispani malum augurati Luum |: Lugo:| asportari curaverant.

Denique an. 1719. 19. octob. rei maritima Angliæ Praefectus Michaël |: Michel:| urbem hanc post paucorum dierum obsidionem cepit, ac deseruit accepto prius ab eâ tributo.

§. IV.

115.

De Diocesi Auriensi.

Sita est hæc Diocesis ad Denteram Diocesis Tudensis. In eâ solummodo hæc à nobis recensetur

Auria |: Orense:| à quâ Diocesis ipsa nomen habet, aliâs Aurita, et Amphiloehia dicta. Sita est ad Denteram Minii |: Minho:| ripam, supra quem pons unius duntaxat arcus extitit tanta altitudinis, ut sub ipso Cymba facile transeat. Habet Sedem Episcopalem olim, et sub Gothorum Regibus, Metropoli Bracarensi subiectam: At post Maurorum irruptionem Compostellana adjecta est, sub quâ etiam nunc adhuc perstat. Quo tempore hæc Ecclesia seu Episcopatus fundatus fuerit satis incertum est: communis quidem opinio est, non tamen sufficientibus firmata testibus, à Theodomiro Suevorum Rege institutam fuisse an. Chr. 462.

An. 716. a Mauris penitus devastata fuit, et ab Alphonsô Catholicô circa an. 740. vel 742. denuò restituta.

Memorable et velut nature miraculum in eâ observatur, quòd ibi pars una, quæ immediatè ad montis pedem sita est, summum frigus experiatur longissimaque hyemis asperitatem; cum intus altera, quæ paulò à monte remota est, grati veris amoenitate ferè semper fruatur, quod aquarum calidarum, qui propè ip-

laui sunt, fontibus adscribitur; quaeque vaporibus suis
aërem calefaciunt: eorum aliqui mediocriter calidas
promunt aquas, ita, ut in eis balneari commode possit;
at contra aliorum aquae adeo calidae sunt, ut in eis ora
clinari valeant, nec illarum calorem sustinendo haud par-
sit manus. Porro etiam virtute varios sanandi morbos pre-
dita sunt. Romani horum aquarum, quae ipsis haud
incognita fuerunt, gratia urbem hanc Aguas calidas,
Aguas calinas, Calenias, seu Cilinas vocarere. Suevo-
rum qui saeculo V. urbem hanc tenere patria lingua eam Warm-
see, id est, lauium calidum dicebant, unde mutata dia-
lecto Hispanicum Orense enatum est.

Amoenus ejus ager praeter varios fructus Nobilissimum pro-
fert vinum.

116.

§. V.

De Diocesi Lucensi.

Jaet haec Diocesis ad Septentrionem prioris. In ea no-
tatur.

Lucus: Luco: quae et Diocesi ipsi tribuit nomen, Roma-
nis Lucus Augusti olim dicta, unde habetur ejus anti-
quitas. Ad ripam Minii [Minho] paulo infra ejus ka-
turiginem sita est. Habet Sedem Episcopalem, quae
an. 569. Urgente Theodomiro Suevoorum Rege in Metro-
polim erecta fuit à Synodo Episcoporum ibidem celebrata:
at an. 666. Concilium Emeritanum antiquatis iis, quae
dicto prius an. 569. à memoratis Antistibus circa eam
sancta fuerant, demum Sedem Episcopalem duntaxat
asse iussit.

Urbis ista antiquitas amplior erat, quam nunc sit, cu-
jus rei specimen exhibet veterum ejus murorum am-
bitus. Ibi etiam sunt Thermae salubres. Sa-
culo VIII. eam Mauri occuparunt; at eodem ipso sa-
culo, anno videlicet 753. ipsis demum erepta est ab
Alphonsi I. Legionis Rege una cum pluribus aliis lo-
cis.

117.

Caput ~~Septimo~~ XI.

De Asturia.

Asturia Principatus seu Provincia Regis Hispaniae
Primo genito attributa, unde et Princeps Asturiarum mu-
cipatur. Regio aspera, montibusque et Sylvis horrida.
Nomen habet ab Astura seu Asturia fluvio, qui Asturiga
[Astorga] olim ejus Metropolis nunc abiit.

Sita est inter Castellam veterem, Regnum Legionis, Galla-
ciam et Cantabriam seu Biscajam; Limitesque ejus sunt
versus Occidentem Gallaecia; versus Septentrionem Ocea-